per tale iudicationē terminari, quia & ſi in naturali ſtatu videatur ſiſti eam profuſionē, ſecus in affectu contra naturā ſanguineo, & in regionibus colligatis, naribus itē nec negamus ea apāta illis tēporibus ceteris iudicationibus iudicari, ſed frequentius ea profuſione ſanguinis. quare. &c.

**¶ Si vero mollior tumor eſt: nec dolet: & preſſus digitus cedit: diuturniorem efficit iudicationē: ac minori cum periculo eſt. GAL.**

Hic eſt quē ꝓprie medici iuniores appellāt tumorē. De quo nōnūquā dixiſſe maiores ſufficere volūt mollis tumor, qñq; etiā adiiciūt nec dolēs. Quoties igitur id dicere ſuperſedent tanquā vna cū molliore ſignificetur omittūt. Mollis enim tumor dolore vacat. At vero nunc Hip. nō id ſolum adiecit, ſed etiā digitis cedat, quod quidē in verbo mollior, cōtineri videt̄, niſi velit intelligi eū qui preſſus cauatur in foueā, quod quidē cuilibet qui cedat prius digitis accidit, at vero id accidit cuti extumeſcente, quia oīs talis pituitoſus cenſetur, idcirco diutius imoratur ac minori cū periculo eſt. Imoratur enim diutius, quia fridior eſt. Calore enim concoctio fit. Porro minori cū pīculo eſt, quia dolore vacat, vires enī exſoluit dolor. GLOSA.

Super eo textu ſupra. Si vero pulſus, excitaui auditores, Hip. ibidē de apāte melancolico fuiſſe locutū. vt confirmaui ex quodā textu Aui. in fine gloſe poſito. & ſic propoſui declarandū, de tribus apātibus in ilis ſedibus cōtingentibus Hip. hoc loco deſeruiſſe, vt dictū ſit de inflamatiōe. eo textu tumor in iliis durus & dolēs. Hic vero dē flegmatico, quod clare ſentit gal. in preſenti cōtō ¶ quod ſi ideo quereres, quid in cauſa vt de colerico apāte nulla ſit facta mentio ab Hip. reſpondere poteris nomine de tribus tantū, re autē de quatuor, cum ſub nomine inflamationis flegmon & heriſipila poſſit intelligi, cum inflamacio a flāma nomen ſupſſerit que vtriq; ſatis cōuenit. aut dic ꝙ cū principales conſideraciōes de quibus tractaturus erat circa ipſa apāta, ad finē libri vſq; ſuppurationis ſit, & rupture poſt ſuppuracionē, ſanguineo & pituitoſo adſcribātur: interque fit collatio multiplex, heriſipila nāq; aut non fit omnibus illis ſedibus, aut reſulliotioni ſume eſt obnoxia, ob tenuitatē humoris, aut per quā cito interimit, ob vaſtā flāmā, accidit raro colericū apā in ſplene dixit. Aui. xv. terci. c. 4. trac. 2. in epate aūt frequentiſſime ſic colericum. xiiii. terci. Sed vt dixi tale raro ſuppuratur. Quicquid ergo ſit in preſēti textu. mentio fit de apāte flegmatico, qđ tale eſſe a predominio intelligamus, cū raro fiant ſingularia primo de differē. morborū. & . 2. primi. qđ apā flegmaticū ſub nomīe tumoris abſolute dedit intelligi, nā & ſi tumor de omni mole contra naturā dici poſſit, vt hip. antiquitus. per anthonomaſiā de pituitoſo, quia hec ratio manifeſtior apātis ꝗ eſt tumor, ipſi flegmatico euidentius cōuenit, pituita nāq; habūdat in corpore plus omni humore, excepto ſanguine, & nō ita gubernatur a natura, vt ipſe, vnde ſub maiori molle colligitur, quia tamen apud Hip, tumor eſt

generale nomē, cōtrahitur ad pituitoſū per has cōditiones vt ſit ille tumor mollis, & abſq; dolore, & ꝙ cedat digitis prementibus. Quā molliciē non intelligamus omnimodā, quia in omni apāte eſt aliqua tenſio, & ideo locutus eſt Hip. per verbū mollior, quod cōparationē dicit, nā & ſi precedens a ſanguine ſit, & ſangnis ſuapte natura humidus, & aeri, correſpōdēs, qui eſt humidorū primū, quia tamen humiditas aque magis remollit membrū, ꝙ pituite reſpondet, inde flegmaticū mollius. Sanguis etiā ſuo calore magis ſe imbibēs mēbris, maiorē tēſionē facit, nā ex pluma molliſſima adeo puluinar repleri poteſt, ꝙ capiti infenſū ſit. quicquid ergo ſit, apoſtema hoc, molle eſt tactui, eſt enim mollicies effectus humiditatis primo de temperamētis, potiſſime vbi non eſt calor. Et ſi quinto de ſanitate tuēda, hoc magis diffiniat, in verbo, non tamen cū mollicie neceſſario eſt coniunctus humidus affectus. cedere autē digitis, forſan poterit intelligi ſub verbo mollior, que enim mollia ſunt non reſiſtunt, imo cedunt tangenti. Gal. ſaluat Hip. ꝙ cedat digitis, manente fouea ex digitis prementibus. Sed quia vt ipſe dicit, id non poſſet fieri niſi in apāte cutaneo, vt hipoſarca, & quia hec apāta ſunt in iliis, hoc eſt ſub tegmine muſculorū et paniculorū, crederē ꝙ Hip. vt in principio. 2. reppetemꝰ, adiecit verbū dtgitis cedere, vt differet ab apāte ſimpliciter aquoſo, qđ & ſi molle ſit, potiꝰ fugit digitos premētes quā cedat ipſis. Sed in hoc nō faciamus vim. Sed difficilius eſt, id qđ dicit, hec apāta eſſe ſine dolore, quia vtrūq;, quod ad dolorē facit, ſilꝫ intēperatura cōplōnis accidentalis et recens, & ſollutio continuitatis, eſt in tali apāte. item tercia. 4. cap. de apāte molli in fine & nō euacuatur a dolore, item talis doloris priuacio, non prouenit deffectu ſenſus mēbri, quia tunc nō attineret potius huic, quā precedentibus, cum eiſdem ſedibus fiant, nec humoris pituitoſi gracia, cū dolores colicos terribiles videamus ab humore frigido pituitoſo, potiſſime vitreo, dic ꝙ dolor in talibꝰ eſt potius quedā grauedo quam dolor. quia humor ille non multū dilaniat ſubſtātiā mēbri ſua craſicie. itē nec in illis ſedibus eſt ſub intenſa frigiditudine, itē ſenſus illarū ſedium nō eſt viuax multū. Quibusquidē ſic contēplatis, quibus notificatū fuit, eū tumorē eſſe pituitoſum, eſt ſñia Hip. ꝙ diuturnioris iudicationis erit, ac cū minori periculo. nā ſi reſſollutioni obedire habet, id ob craſitiem humoris maiori ſpacio eſt neceſſum vti. itidē humor in ſe frigidus eſt, qui reſiſtit coctioni, que ad ſuppurationē ducit, ꝙ autē morbi frigidi longioris coctionis & termini ſint, expreſſit Gal. 2. Apho. cōtō illius ſenes iuuenibus egrotant minus, et ſequenti brachi & corize. ¶ Sed maiori cōſideratione eget particula vltima, cū dicat hec apāta fore minus periculoſa, nam lithargia in eadē ſede periculoſior eſt phreneſi. itē ſi diutina ſunt hec apoſtemata neceſſario pariūt hidropiſim, aqua nemo releuatur. item poſſunt plura peccata cōmiti in diutino morbo, virtutēq; magis deſſicere, in opo-

ſitū eſt Hip.& Gal.verificat ipſū,propter dicta apāta flegmatica eſſe expertia doloris.qui inter cetera nobis inimica maxime vires diſſoluit. Videdū.xi.terci de ſincopi,&.2.primi & clarius per Gal.in illo libelo de cura lapidis,cuius verbū cum de dolore loquitur. debilior nāq; eorum proſternit virtutē:ſoluit inter hominē ipſiuſq; ſalutē.ego autē ſepe dixi. q hoc accidens eſt ſicut inimicus.et alia pulchra verba habet que per te vide.Ego aūt in preſenti nollo reuertere ad principia.que qualitas ſit nobis magis infeſta & verſus quod extremorū vita poteſt humana magis ſaluari, nec obligor in preſenti diſcutere, ſi hec apāta per eūdē modū ſunt nobis infeſta. Sat ſit q ſi cetera ſint paria,cū apāta hec frigida eiſdē ſedibus fiant,& calida,cum abſq; dolore ſint & remiſſa febre,& forſan abſq; ea: vſq; notabilē habeāt putredinē.forſan inferius reppetēdū.ꝓ ipſo ſunt magis ſalua,quia ſi a principio ſua mole,calorē naturalē non extingāt,poſtea paulatine vincūtur a calore. ſicut de ſudore frigido in lentis febribus,& de venenis frigidis ſupius ponderauimus.conſtat aūt textū ſentire,talia differre iudicationē plus calidis,ergo non exterminauere,per modū ſuffocatiōis,inde ergo cū minori ſunt periculo,ad quē autē terminū different ſuā iudicationē? potiſſime ſi per reſſolutionē crederē: vt poſt.20.ad 40. vſq;. Sed hec inferius repetenē in calce cuiuſdā gloſſe quare.&c.

¶Si vero preter eat ſexageſſimū diem ⁊ febris detinet nec deſiſtit tumor fore ſuppurationem hoc loco ⁊ reliquo ventre ſignificat. GAL.

Supra de tumoribus agens qui inflāmationis inſtitutione conſiſtant vt pote calidioribus niſi febris deſinat a die vigeſimo, dixit fore ſuppurationē.Nunc vero de frigidioribus ſexageſſimū limitē poſuit ſuppurationis. At vero alii inter hos medii incidunt quadrageſimū diē hñtes terminum ſuppurationis.Sed vniuerſum de his oībus ſermonē ad librū de diebus decretoriis diſtuli.Porro nō ſolutio tumoris qui in iliis fatigent ſuperſedētes ſuppuraturos:ſed etiā in reliquo ventre dixit, tanꝗ ilia ſecundū aliquā ſignificationē partes ventris exiſtant. GLOSSA.

QVANTVM differant iudicationem ſuam apāta mollia:de quibꝰ prius ſermonem habuit,eā ſuppurationis,de qua hic pricipaliter intendit, declarat in preſenti,proponens, q ſi ſexageſſimū pretereat diē, & antiqua litera etiā quadrageſſimū miſcuit.& nō longe a ractione,cum ibi ſit terminus acutorū morborū qui redeunt,vbi hec apāta per reſolutionē ractionabiliter poſſent terminari.quod ſi non fit ita,preſumendū eſt de ſuppuratione talium. ſicut in inflāmationibus poſt. 20. qui dies terminat molliores morbos acutos.qui nō terminati ea die, vidētur obligari alie moroſiori terminationi. & Gal.nō diſſentit illi termino quadragenario, tanquā medio, quo aliqua apāta ſuppuratione poſſint terminari,nec omnino reputo pro impoſſibili ante illum terminum poſſe ſupporari,viſo comertio aliorum

humorū cum frigidis viſa latitudine ipſorū,ac partiū affectarū varietate. & corporū nō eadē ratione.ōmitto regionē,anni tempus & ſimilia.quod tñ intendit principaliter eſt,ꝙ ſi per reſſolutionē,ad eum terminū nō deſiſtūt non eſt amplius reſſolutionis ſpes.ſicut calidis cum ad.xx. nō reſoluuntur. ad quod verificandum,exigitur febrē non defficere:quod eſt ſignū ipſum non eſſe induriciem verſum,quādo febris non deſiſtit. nec reſolutū, modo tumor non euanuit.& nota ꝙ & ſi pro eo tempore ſuppuracionis febris neceſſario cōmittetur,ꝙ cum frigida ſint, multo tēpore potuere abſolui a febre.nam talia etiam ſint in nobilibus ſedibus, vſq; ad tempus putredinis non habent febrē.dixit ille Auerois quarto colliget. Si autem preciſſe ea apoſtemata ſunt adepta ſuppurationē, eo ſexageſſimo die, vt terminus a quo ſit.xl.de quo alia litera.an a dicto ſexageſſimo incipiat ſuppuratio, faciendo vim in verbo textus,ſi febris ptetereat eum terminū,& adhuc detinet.& cum genito pure,non poſſit exaltari febris: ſicut viſo ſedimento in vrina,dubium habeo.nam Gal.in cōmento quaſi ſentit, eo termino ſuppurari.nec mirū ꝙ febris detineat ad tempus rupture vſq;, vt inferius. & ſic non dubitarē dictū ſexageſſimū,eſſe terminū.a quo ſuppurarionis in aliquibus quorum ſuppuracio ad optagaſſimū differatur. Sed qua de cauſa hc apoſtemata ad talē terminū ſuum differant exitū,ſecūdo de diebus decretoriis eſt expreſſum,& eſt locus vbi ſe citat.gal. in cōmento, & ſupra diffinitus eſt. Iuſta condicionē morborū in acuitate & lentore ſeu tarditate. Sed ꝙ tam prorogatus terminus ſit omnino inconſonus huic tractatui: deducitur facile,cum vltra.40.diem non ſit aliquis acutus morbus,de quibus duntaxat in hoc libro.niſi eſſet vt eo loco expreſſit Gal. & inferius in ſecundo reppetetur:quod etiā hic eſt locus cronicis qui ab acutis cecidere. Locutus eſt autem autor per dies vigenos,quia de mēte Gal.primo de diebus decretoriis. Virtus ſeptenorum vſq; ad.20. diem eſt magni ponderis & virtutis:ſed poſt.20.diem valde debilitatur.poſt.40.autem nullā vim habēt.igitur cum talia apoſtemata ad.40. diē non ſunt terminata, neceſſario ad integrā hebdomadam que per vigenos procedit: differenda ſunt. dixit autē in iliis reliquoq; vētre,propter partes intrinſecas que extra ilia ſunt. quare.&cetera

**¶ Quicūq; ergo tumor dolēs durus & magnus eſt:periculū mortis breui fore ſignificat. Quicunq; vero mollis non dolens digitis cedit prementibus:diutius immoratur.** **GAL.**

Nihil amplius hac docet dictione quam quod ſuperiore dictū iam eſt preter ꝙ accidit dolenti duroq; tumori magnitudinē quā nos antea diximus,dum doceremus non eſſe cum periculo inflāmationes muſculorum in iliis niſi magne admodum fuerint. GLOSSA.

Quippiam voluere in expoſitione huius textus fingere nouitatẽ,& dicere,ꝙ in pria parte textus aliud genus apãtis nobis ab Hippo. introducatur, in quo (vna) humores tres pecant. ſ. ſanguis colera & melancolia. quo fit, vt tumidũ propter ſanguinẽ, doloroſũ propter colerã, durũ vero propter melancoliã. cũ igit̃ in ethereogeneis morbis magis fatigetur natura, cotõ ilius quib9 podragici tumores &. 1. de criſi, &. 2. huius. inde eſt ꝙ prefactũ apã dicitur horrendũ, citãq; mortẽ afferens. potiſſime ſi quẽ gradũ venenoſitatis acquiſierit. q̃ expõ õnino eſt friuola & cũ i. 2. pte textus nõ introducat aliud apã a flegmatico iã dicto, ergo nec in pria non fit mẽtio, niſi de eo apãte duro & doloroſo ſuperius etiã narrato. Q̃d inflãmatio erat ſimplex: aut fere talis, nã merito varietatis in hoc apãte ſm̃ eos, non ſolũ legitime tale poterat cõparari pituitoſo, verũ & cuicũq; ſimplici apãti. Itẽ q̃a morbus ethereogenus fatigat naturã, & ſẽper ceteris paribus diutinior eſt ſimplici, vti i q̃one de prolongatione febris diſputatũ eſt, & ex eo cotõ citato deducitur. ꝙ ſi velles ſaluare eos, ꝙ id in terminandis ad bonũ intelligendũ eſt. ſecus in mortituris, cũ id quod mortales prolõgat, abreuiat ſalubres, & vice verſa, id nõ valet, nã licet ex parte virtutis illa regula teneat verũ, non eſt ſic verũ, ꝙ quilibet diuerſus morbus ceteris paribus pro principio magis encruet vires, ipſo vnico. nã per qualitatẽ poteſt eſſe ali qualis maior tẽperatura, & vna libra verbi cauſa pituite plus poteſt ſuffocare calorẽ, eadẽ, ex bili & pituita. rebelio aũt que ad naturã poteſt eſſe vincentẽ, ex parte modi ſubſtantie, talis in proceſſu apparet magis, vt ea queſtione diſputatũ eſt, vt forſã non ſit eadẽ ratio particulariũ & vlſiu; temporũ morbi, ſed de his hactenus. Galen9 vero in cotõ, alia via incedit, & rationẽ dat huic reppeticioni ab Hippocrate facte. nã ſupra & ſi de periculo inflãmationis diſeruiſſet, de magnitudine talis apãtis mentionẽ non fecerat, que in talibus eſt precipua cauſa periculi. ideo idẽ reppetit, inſinuando tale apoſtema magnũ ſit, ꝙ vero magnitudo ſit precipua ratio infferendi periculũ, ſupra oſtendit, cũ de apoſtematibus muſculorũ que iliis ſuperiacent, dixit, non ineſſe eis timorẽ niſi ad notabilẽ magnitudinẽ deuenirent. Sed in veritate. ſupra nullã faciens de magnitudine mentionem, ſubitam infferre mortem dixit. & poſtea de apoſtemate molli reſpondidit, & iudicationem habere tardiorem minoriq; cum periculo eſſe. Credamus ergo Galeno. & ꝙ vtilia reppetere vt ſepius dixit licitum eſt. & hoc loco hanc rationem habet, vt apoſtemata frigida maiore; mollem humoris colligentia ob magnitudinem, extincto calido, celerius mortem poſſent infferre. & ſic ſententia ſuperior abſolute prolata dubium haberet, nunc vero pacifice ſcitur, apoſtemata calida illis ſedibus que ſimul cũ flãma habent magnitudinem, õnia habere: vt frigida vincant. Si autem velles, ꝙ in cõparatione, ſemper cetera eſſe paria ſub intelligitur, tunc hec litera eſt epilogus quippiam, eorũ que dicta ſunt de vtroq; apoſtemate illa

rum ſedium. Nunc autē rationabiliter poſſet ſucitari dubiū, ſi ex paſſionibus frigidis, cicius poſſet oriri mors, quā a calidis, vt de apoplexia reſpectu freneſis. & ſi apoſtemata frigida, cū ſint illis ſedibus minus configurata, calidis, ſi erunt, periculoſiora. ex textu Hippo. in morbis minus periclitant̄ &c. Et ſi morbus magis periculoſus, ſi erit breuioris termini, iuxta id Gal. in .5. apho. cotō illius qui athetano aprehundunt̄. de quibus ōnibus aliq̄do. ſufficiat ꝙ in morbis copl'onalibus apho. Hippo. tenet verū principaliter, & ex viis accidentariis aliquādo cōtingit frigidos morbos eſſe infenſos celeri⁹ ꝗ exterminare quare &c.

¶ Tumoꝛ qui in ventre fatigat: minus facit abſceſſum: quā qui in iliis·

## GOMMENTVM GALENI.

Tumor ſi non diſcutitur non ſolū citius, ſed & magis in iliis ſuppurat̄ ꝓpterea quod ſedes calidior eſt. Qui vero longius abeſt deorſū verſus ſeri⁹ minusꝗ ſuppuratur, & ob eā rē tumor ſubter vmbilicū raro in pus vertitur.

## GLOSA

OMiſſa equiuocatione, q̄ eſt in hoc vocabulo vēter, cū Gal. in calce cōti illius textus (ſi xero pretereat ſexageſſimū diē, dixerit quaſi iliia, partes ventris, ſecundū aliquā ſignificationē exiſtant. oportet inde, in preſenti adſtringere vocabulū pro ea cauitate que a ſepto trāſuerſo ad femora vſꝗ protenditur. in qua iliia ſunt, ille partes laterales, que iuxta coſtas mendoſas reperiuntur, que tantiſpera vocabulo hipocondria diſtāt, ꝓpter minus ad anterius inclinari, que cauitas ex antiqua litera & gloſa Gal. ad maiorē lucē in triplicem cauitatē diſtribuitur. Prima eſt ſuperior lateralis. Secūda circa vmbilicū. Tertia infra ipſū. in noua aūt litera. per ventrē totū ſpatiū ſentit extra iliia, & ſic de duplici parte ſentiendū eſt, Quicq̄d tñ ſit, ſnia eadē manet, vt apāta. ſ. minus ſuparent̄ q̄ in ventre fiuut, quacūꝗ pte reſideāt, ſupra aut infra vmbilicū, q̄ in regiōe iliiorū. Sup q̄d priuſq̄ ad verificandā ſniam autoris accedamus, legitimū eſt dubitare, ſi pōt hec cōparatio fieri ad apāta extriſeca, q̄ in muſcul' & panicul' fierēt, & dicimus ꝙ & ſi verū ſit apāta extriſeca ꝓpter ptes illas cutaneas multū eſſe exangues & frigidas. 6. de morbis curandis, moroſius multū ſuppurari apātibus internarū ſediū Hipp. tñ intētio nō eſt de illis diſerere. tū q̄a ſanguis fluxū predicabit textu ſequēti, elegantiſſimā fore iudicationē ī ōnibus his apātibus, q̄quidē iudicatio tm̄ abeſt vt eis elegātiſſima ſit, vt verius minime eis accidat. tū ꝙ apāta exteriora vt huic dictioni pertinerent, q̄a periculoſa, notabilis babebant eſſe magnitudinis, ſed ea que in ventre accidunt. minus colligunt humoris reſpectu iliiorum apoſtematu m, ergo per ventrem ſolum internam cauitatem vltra iliia concipit. Notādum ergo pro litere veritate, per abſceſſum fieri, intelligit Hippo. ſuppurari. & ſi ſuppuratio fuſius ſumatur. ſcilicet pro expulſione, puris a loco abſꝗ apoſtemate Gale. in tertio de vulga. morbis in cōmētario

rio pitihóis,q̄d apud alios dicit́ collectio.ſeu in cupū colligi,&apud arabes dubelet.exitura vero & ſi ad apā ſuppuratū pertineat,forſan de frigidis nō dicitur,per genti.tercia.4. aut exitura de itranea & extrinſeca ſuppuratiōe dubelet vero de interna tantū.notandum tn̄ ꝙ dubelet non ſemper ſuppu raṫ,& ſi collectū ſit.ſunt enim quipiā humores ad modū melis,ſeu gipſi, q cum nō ebuliant,ſuppurari nequeunt.ob q̄d exitura ideo ad calidos in eſſē tia,ſeu putredine,abſceſſus cōtrahitur,q̄nquidē pus actu eſſe.preſuponit. Si igitur ad puris generationē,ebulicio fundamentū eſt,ex ſnia Hip.circa puris generationē,&c.loca q̄ in vētre ſunt, minus ſunt calida: ad coctionē ebulitiuā,longius eſt fundamentū. Aut ergo in illis ſedibus nō ſuppuranṫ, aut tardius ſuppurātur.nec inde argumentum fiat ꝙ diſcutiantur celerius prefactis.quia eadē erit cōparatio ad diſcutionē ſeu reſſolutionē,qualis eſt ad ſuppurationē.cum vtrumq; opus in calore fundetur,poteciori, aut ebu liente,in quo ſemp regio iliorum vincit regionē ventris.& ideo Gal. in cō mento incipit.ſi tumor non diſcutitur, hoc eſt diflatione non deſiſtit. nō ſo lum cicius ſuppuratur ob calorē,ſed frequentius in iliis ſuppurantur. quia aliqua in vētre manent in alterata,ad modum dubelet aut indurata ad mo dum ſephiros.quod totum ad conditionem loci conduxit.in verbo,prote rea quia ſedes calidior eſt,vt daret intelligere,ꝙ ſecus poſſet cōtingere ex conditione humoris.nam licet ſedibus frigidis apoſtemata frigida ſint cō figurata,id preprie intelligitur de eis que congerūtur,ſecus de eis q̄ de flu xu fiunt. Videndū in textu Hip.accidū erutantes.&c. quicunq; tamen hu mor ſit,merito loci,ſemper in loco calidiori cicius ad pus conuertetur, id vero quod inuit per verbū minus poſſet falſificari,per magis eſſe apta diſ cuſioni in iliis,& minus ſuppuratiōi. Vnde ex decem apātibus vtraq; ſede, in iliis,ſeptem diſcutiuntur & tria ſuppurātur,in vētre vero quatuor verbi cauſa ſuppurantur aliis omnibus aut induratis,aut in modos quoſdā pre ter naturales verſis. Semper tamen,textus veritatē obtinet,de eis q̄ ſuppu rari poſſunt in vtraq; ſede.ſolum facta diff.ex parte loci. Loca autem ilio rum,calida eſſe tum vicinitate ad ipſum cor, tum propria natura cōpertū eſt,cum plura ipſorum mēbrorum aut natiuo calore,aut influenti, manife ſte calida ſint,ſecus regio ventris panicularis,exanguis,pinguedine plena, non paruo indicio,ſue frigiditudinis.ob que omnia dicta Hip.ſunt cōſen tanea. Verbū autem antique litere, ſcil; minus colligunt humoris, dedit vanum fundamentum diſputandi hoc loco, que apoſtemata poſſunt eſſe maioris molis,& ſi inferiora propinquitate mariſcarum,mēſis, & aliarū ex purgacionū, minus colligunt humoris.verbum enim minus colligere,ſo nat minus ſuppurari,vt ſupra.vocabula explicauimus.ob quod ceſſat ipſo rum inanis labor.quare.&c.

¶ Sāguinis vero fluorē maxime de ſupremis ſedibus expectari oportet

In quibuſdam codicibus dictio cum & copula perſcripta. eſt atq; oſtendit non ſolum ſanguinis fluorem ſi in iliis infeſtet tumor, ſed etiam ſi in imis ſedibus affligat, in quibuſdam vero ſine, & copula: & oſtenditur quidem fieri ſi i his quoq; infeſtet. ſed minus. In aliquib⁹ vero ſine, verbo maxime adhuc modum. Sanguinis vero fluorem de ſupremis ſedibus expectari oportet nam inferiores nequaq̄ afferre ſolent ſanguinis fluorem. Sed res ita ſe habet, vt ſi vmbilico fatiget ſanguis fluor eueniat, magis de ſede ſuperna, maxime de ſuprema. Sed de ſanguinis fluore ddinceps agetur: vbi nos quoq; lucem fundemus obſcuritati clariorem.

## GLOSA.

Hec litera noue traductionis quam Galenus inſequit̄ in cotō, triplice; ſēſum patit̄. 1⁹. eſt. q̄ ōnia apoſtemata de quib⁹ facta eſt mentio, poſſūt p̄ ſāguinis fluxū deſiſtere. & tunc ſnīa textus legit̄ cū copula &, cum qua coiter non inſcribit̄. & tunc ſonat litera ſpectari oportet ſanguinis fluorē, ſingulis apātibus dictis. & in illis que in ſuperiori regione inueniūtur. & ſi vis huius primi ſenſus veritatē & q̄ non coīcidat cū. 2. ſi legis p̄ copulā & auffer a textu oīo, aduerbiū (maxime) & tūc differt a tertio ſēſu: quo legit̄ litera, ſine copula & ſine aduerbio maxime. i. 2. ſenſu cū aduerbio maxime ſine copula &. in p̄io inſiſtimus, cū copula & ſine aduerbio maxime. eſt ergo prim⁹ ſenſus cum imediate de apoſtematibus in ventre fuerit locutus, quo ad ſuppuratōnē. q̄ etiā in ſingulis illis expectari oportet ſanguis fluorē, & de ſupnis ſedibus ēt. i quo ſēſū nl'la fit cōpatio, & ideo excuſat̄ aduerbiū maxie. ſolū reſpōdet q̄rēti. an ſanguis fluor ſit iudicatio oīm apātū iam dictorū, tam īflāmationū q̄ molliū, tam ſuperioris regiōis, q̄ in fime (& ſubdit) q̄ ſic, p̄ copulam & q̄ copulat apāta ſupioris ſedis. cum ſingul'i vētre poſitis. Secund⁹ ſenſ⁹ ē cōparatiuus, p̄ aduerbiū maxime ſine copula & q̄a ī aduerbio maxie, ītelligunt̄ extrema cōiūgi, iter q̄ fit cōpatio. & tūc eſt īnia clara cui inictimur. q̄ Hip. ſatiſfaciat diciplo querēti, an ſicut cadit cōparatio ī ſuppuratiōe ipa, ī eis apoſtematibus grā loci quo reſidēt, vt ea iliiorū, frequēti⁹ & cicius ſuppurent̄, ſic ēt veniat ītelligēdū de ſanguis fluore. reſpōdet q̄d ſic, nā l; eā iudicationē ī iflāmatioib⁹ vtil'r aduenīſſe īſinuaſſet. ī textu (ſoletq; )īfra ſeptē dies &c. nōdū tñ vſq; ad locū hūc exp̄ſſit apātib⁹ mollib⁹ aduenire. tenet̄ q; etiam hoc loco īter apāta a quocūq; humore cōtingat: collactionē facere merito loci. vnde p̄ffert talia īferioris ſedis minus ſēnſibillter diſcuti p̄ ſanguis fluorē. nam ſicd̄ ſuppuratio lente magis eis, ineſt grā humoris frigidioris & ob loci ſrigiditudinē. ſic & ſanguis fluor, nō eſt adequata iudicatio talib⁹, niſi ob aliquas circūſtantias q̄raro cōueniūt. quiſecūd⁹ ſēſns erit expreſſior, cū tertiū adiecerimus, quo ſine aduerbio maxime & ſine copnla & ſentit ſolu; apoſtemata iliiorū, & ſuperioris regionis: ſanguinis fluore iudicari, in quo virtualiter continetur particula tantum, que exceptiua eſt, nam talia inferioris

rioris

rioris ventris,& quanto inferiora,tanto magis elongatā ſunt a cōtinuitate venarū ad ipſas nares.in parte videndū.°1.de ratione victus in cotō .10. etiā humor qui ſurſum expellēd⁹ eſt,calidus debet eē cotō illius quib⁹ ſpes eſt ad articulos cōuerti talis aūt humor raro in ſedibus infernis cōgregatˀ.vnde defectu colligantie ad nares,& conditioīs humoris,nō viſa eſt talis iudicatio iuxta ſniam Hip.in.2.epidimi.canone.6.cum dixerit i diſtēſionib⁹ hipocōdriorū deiectiōes ex naribus retro aures & oculos & alia ſecūdū ordinē.gloſatˀ coīter,ſm̄ vicinitatē & rectitudinē expectatā.ſed huic ſenſui nō cōſentit Gal.i cotō duntaxat cōparatiuo.& ſm̄ tres gradus prout ventrē ſupra itrinā diuiſit regionē.Poſſet vltio qs ſubtiliās verba text⁹:dare talē ſenſū litere.vt ſatiſfaciat Hip.cuidā,quod deſideratum fuit ab ipſo.quandoqdem prefacta apāta per diuerſas regiones & modos ſēſibiliter diſcuti poterant, ſcilicet fluxu ventris(ſudore)& aliis.quam iudicationem cenſet elegantiorem:reſpondet eam,q̄ per ſanguis fluorē & tunc legatur ſic litera ,ſingulˀ apoſtematibus de ſupremis ſedibus,maxime ſanguis fluore expectare oportet. nam ſupra eo textu(ſolet huic infra ſeptē dies)exp̄ſſit eā iudicationē eē vtilē eis & ſic ille tertius ſenſus,faciebat hanc literam eē oīo inutilē,cū idē reppeterit ſine miſterio ſed cum hoc intellectu,nō inutilliter reppetitˀ.quē ſenſū ſūme, ſi vis,vt maxime per ſanguinis fluorem,quam aliis iudicationib⁹:quia eſt criſis acutior & propinquior ad ſeparationem.2.4.& cotō ilius qbus ſpes eſt ad articulos conuerti.& frequentius,ꝓpter conditionē humoris, & cōtinuitatē cum naribus.etiam.2.4.& ſupra ponderatū.quare &c.

**Vniuſcuiuſq; tumoris:ſuperſedentis qui in his fatiget ſedibus:ſuſpicatio conſideranda eſt.**

## COMENTVM GALENI.

Vno comprehendens capite perſtrinxit qua ſupra docuit particulatim,& ob eam tem dictio noua enarrationis luce non indiget.

## GLOSA

GAlenus per nullum verbum narrationis,proſequitur mentem autoris in hoc paſſu,eo ꝙ epilogus quidam breuis eſt eorū. que membratim ſupra docuerat.& ita de facto ſumma quedam breuis eſt. Qua explicat: quid expectandum ſit de omni apoſtemate,quod ſuperſedet ſen diutinu; ſit in dictis ſedibus.nam tale cum non diſcutiatur diflacione. Virtus nāq; que ſic diſcutit,non ſinit apāta inueterari prefactis ſedibuss,vnde & ſi habita conſideratione ad conditionem loci,aliquod apā quod inferiori regione diſcutitur,ſat diutinum ſit,reſpectu illius quod ſic diſcutitur in ſuprema, non inde diutinum eſt,reſpectu illius quod ea regione ſuppurari habet,vnde quod diutinum eſt,habita conditione loci,eſt huius textus apoſtema,quod ſi tale ſit,ſuppurandū eſſe iudicabim⁹.Super quod ad maiorem

lucē

lucē merito dubitabis.nam duritias apoſtematū eſt apta ſequi apoſtemata calida,& frigida quoq;,partibus ſubtilioribus conſumptis,& inde ſat diutina eſſe in membris. Videndum.13.terci per Aui.de duricie ſtomachi,ergo non eſt euidens indicium:ſuppuracio apātibus diutinis earū ſedium,imo duricies non minus. O quam velociter obedit in duracioni dixit de apoſtematibus iecinoris Aui.14.terci. Argumentum totum eſt cōcedendum,ſed ſermones ſunt inquirendi iuſta materiam,et prepoſitum dicentis,cum igitur hip.non colligat niſi que prius docuerat,& ſolum de triplici terminatione apoſtematis fuerit locutus,aut ſubito ad perniciem,aut ad reſſolutionem per fluxum ſanguinis e naribus,aut ad ſuppurationem,de corruptione membri aut duricie conticens,ergo concludit de talibus, ꝙ ſi diutinum ſit,& ſubitā mortem non intulit,nec per criſim euacuationis,modo pretereat terminum talis iudicationis abſcriptū talibus locis,& apoſtematibus,ergo alio modo terminanda ſunt,quid ergo reſtat niſi ſuppuracio? nam ex mora,ſentimus aliquē deffectum nature,que ſufficiens erit ſuppuracioni,quandoquidē diſſolutiōi non ſuffecit. Quod ſi velles adhuc etiam induratis,ex mora poſſe ſuppuracionem ſucedere.ſupra fundatum eſt ex ſententia Aui.2.4.cap.73.in verbo & in apāte flegmatico quod incipit tranſire in lapideitatē & prolongatur ſanioſitas & eruptio fluxus ſanguinis e naribus,in talibus non expectatur,vnde ex mora apoſtematis in membro hoc vnum colligitur ſcꝫ clara ſuſpicio ſuppuracionis. Si autē amas ſermonem Hip.in preſenti,non eſſe vtilē epilogū omnium apoſtematū,ſed dūtaxat eorū que in ventre & verſus infimā regionem superſedent.tunc ſermo clarior eſt.ꝙ ſuppuracio ſit expectāda.nam ob frigiditatem loci & humoris,non ſunt prona ad ſanguinis fluxum. non ad induracionem facile, quia duricies potius ſequitur apoſtemata calida, quā frigida, & ſi incipiēs duricies ſemper ſit ex frigidis humoribus,calor enim ille tepidus earū partium paulatine cōcoquit eos humores, & in pus vertit,partibus ſubtilibus nō conſumptis ex nullo impetu flame, quod tamen intelligo,officio nature ſi dimittantur,nā totum id ex opera artis poſſet variari.ſed qa Gal.oiuꝫ dicit eſſe epilogum,aſſentiamus priori ſenſui. Reſtat tamen metiri vnico verbo hanc ſuppuracionē, iuſta omnē regionē & humoris conditionē,fere certa menſura temporis.& aiunt cōmuniter, ꝙ ſi apā ſit calidū & in membro calido differt ſuppuracionē ad plꝰ ad.20.dies.ſi frigidū & in mēbro frigido.ad.lx.ſi calidum & in mēbro frigido ad.xl.ſi frigidum & in mēbro calido ad.l.ex quo videtur colligi, plus abreuiare, humoris conditionē,quā loci,ſi reliqua ſint paria.quare.&c.

¶ Suppuratio ita conſiderāda eſt. Que enim foras vertitur optima eſt. ſi parua eſt:maximeq; egredit᷑ ⁊ in ſublime reſurgit. Si vero magna eſt ⁊ lata minimeq; in mucronē ſubducitur peſſima eſt. GAL.

Appe-

Appellare Hippo.ſuppurationem purulentiamq; vbi pus vniuerſũ cõſtiterit concocto tumore quopiam preter naturam pſpicuũ erit ſimul vniuerſam hanc orationem eius euolueris qua de tumorib⁹ in iliis habuit mẽtionem. At vero colligitur pus in eis qñq; ſubcute, ſepius in profundo duplici de cauſa, aut quia purulenta pars intus in abdomine affecta eſt, aut qa licet muſcul' affectus ſit opus ab aliqua tunicula eius includitur haud quaq̃ prius in exteriorem deductum ſedem pp lentorem, aut continentis membranule denſitatẽ. Etenim ſtudet natura ſecernere pus de affecto corpore expellendo ſepiusq; finem adſequitur quoties nata ſit meatulos idoneos in ſecretionem veluti quoſdam aqueductus non tamen ſemper eos adſecuta pus in adiacentes compellit ſedes que quoties exigue fuerint derodit condens eas tegumentum ſub eo amplifitando ſedem. Conſtat igitur vt ex his ſuppurationibus indulgentior habeatur que foras non intro tendit atq; ex his ipſis que ne ampliorem prehendit ſedem in latitudinem extenta. Si vero in ſublime efferatur comformulam reddens robur foras expellentis indicat facultatis, & itẽ non magnã corrũpit ſedem corporis quod erodit. Ceterũ ſiue i mucrone ſubducta ſiue in gibũ legat́ nihil intereſt. Nam vtraq; lectione vnus idemq; ſenſus eſt.

GLOSA

POſq̃ Hip. in pcedẽtibus oſtendit, neceſſũ eẽ apãta earũ ſediũ ſi diutina ſint ſuppurari, nũc ad finẽ libri pri. vſq; declarat duo, circa illa apãta q̃ ſuppurant́, alterũ eſt de q̃litate & cõditione puris poſt tupturã, de quo ĩ calce libri, alterũ ãte rupturã, cõmẽdãdo laudabiliorẽ figurã ſuppuratorũ & ſitũ. & vtrũq; ſtatũ introducit laudabiliſſimũ, & vituperãdũ. & licebit, mediũ ſtatũ fingere, penes cõmertiũ earũ cõditionũ. laudabiliſſima, ergo ſuppuratio eſt, que pua eſt, q̃ foras vertitur, maxieq; eminet, eminẽtiãq; eã ĩ mucronẽ vergit (cuius rõ eſt) qa ex illis inditiis certificabit́, talẽ ſuppurationẽ verſus exteri⁹ dũtaxat rũpi, qđ eſt ſũmũ, qđ deſiderat́, in tuptura taliũ apãtum ſuppuratorũ. Primũ ergo qđ petit́ ad textus maiorẽ lucẽ, ſi ſermo iſte extẽditur ad apãta illiorũ, an ſolũ adſtringat́ ad apoſtemata ventris, & eſt ratio dubitandi. quia Gal. explicãs quid ꝓpie p ſuppurationẽ ĩtelligam⁹ q; .ſ. pus iã actu coctũ & ſit exiſtens, facit nos memorari vniuerſi ſtatus apãtu; ſuppuratorũ ĩ regiõe iliiorũ. Et credimus autoris intẽtionẽ eſſe loqui dũtaxat de eis apãtibus q̃ circa vẽtrẽ fiũt. nã verbi cã non eſſet cõmendare apã iecinoris, ſi tanti tumoris eſſet q; ad cutim exteriorem manifeſtaret́. preſertim cum iecur in paucis, ſit coſtis alligatum .quinto. de locis affectis. Item q; ĩfra, ſtatim expreſſe damnabit ſimul intus & extra rumpi apoſtema, & tale ex Galeno in cõmento neceſſario eſt in partibus ventris. q; ſi quereres qualis modus rupture apoſtematibus iliiorum dic q; ad intra duntaxat, ſcilicet ad viam vrine, & inteſtinorum. Ommito alias longiquiores permutationes puta ad pectus. Quod ſi obiceres, ea iliiorum multo melius rumpi

